

MASS PROPER: FOURTH SUNDAY AFTER EASTER

MASS *Cantáte, Dómino* (white)

INTROIT Psalms 97: 1-2

Cantáte Dómino cánticum novum, allelúja: quia mirabilia fecit Dóminus, allelúja: ante conspéctum géntium revelávit justítiam suam. Allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 97: 1) Salvábit sibi délixtera ejus: et bráchium sanctum ejus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Cantáte Dómino cánticum novum, allelúja: quia mirabilia fecit Dóminus, allelúja: ante conspéctum géntium revelávit justítiam suam. Allelúja, allelúja, allelúja.

COLLECT

Deus, qui fidélium mentes unius éfficis voluntátis: da pópulis tuis id amáre quod præcipis, id desideráre quod promíttis; ut inter mundánas varietátes ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gáudia. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE James 1: 17-21

Caríssimi, omne datum óptimum, et omne donum perféctum desúrsum est, descéndens a Patre lúminum, apud quem non est transmutátio nec vicissitúdinis obumbrátio. Voluntárie enim génuít nos verbo veritátis, ut simus inítium áliquod creatúræ ejus. Scitis, fratres mei dilectíssimi. Sit autem omnis homo velox ad audiéndum: tardus autem ad loquéndum et tardus ad iram. Ira enim viri justítiam Dei non operátur. Propter quod abjiciéntes omnem immundítiam

Sing ye to the Lord a new canticle, alleluia, for the Lord hath done wonderful things, alleluia; He hath revealed His justice in the sight of the Gentiles, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps. 97: 1) His right hand, and His holy arm, hath gotten Him the victory. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Sing ye to the Lord a new canticle, alleluia, for the Lord hath done wonderful things, alleluia; He hath revealed His justice in the sight of the Gentiles, alleluia, alleluia, alleluia.

O God, Who makest the faithful to be of one mind and will: grant to Thy people to love that which Thou dost command and to desire that which Thou dost promise, that amid the changes of the world, our hearts may there be fixed where true joys are to be found. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, every best gift and every perfect gift is from above, coming down from the Father of lights, with whom there is no change nor shadow of alteration; for of His own will hath he begotten us by the word of truth, that we might be some beginning of His creatures. You know, my dearest brethren. And let every man be swift to hear but slow to speak and slow to anger. For the anger of a man worketh not the justice of God. Wherefore, casting away all

et abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. (Ps 117: 16) Dextera Dómini fecit virtutem: dextera Dómini exaltávit me. Allelúja. (Romans 6: 9) Christus resurgens ex mortuis, jam non móritur: mors illi ultra non dominábitur. Allelúja.

GOSPEL John 16: 5-14

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vado ad eum qui misit me: et nemo ex vobis interrogat me: Quo vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam: si enim non abiero, Paráclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, et de justitia, et de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me: de justitia vero, quia ad Patrem vado, et jam non videbitis me: de iudicio autem, quia princeps hujus mundi jam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur a semetipso: sed quæcumque audiet, loquetur, et quæ ventura sunt annuntiabit vobis: Ille me clarificabit: quia de meo accipiet et annuntiabit vobis.

OFFERTORY Psalms 65: 1-2, 16

Jubiláte Deo univérsa terra, psalmum dicite nómini ejus: veníte et audíte, et narrábo vobis, omnes qui timétis Deum, quanta fecit Dóminus ánimæ

uncleanness and abundance of malice, with meekness receive the ingrafted word, which is able to save your souls.

Alleluia, alleluia. (Ps. 117: 16) The right hand of the Lord hath wrought strength, the right hand of the Lord hath exalted me. Alleluia. (Romans 6: 9) Christ, rising again from the dead, dieth now no more: death shall no more have dominion over him. Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples: I go to Him that sent Me: and none of you asketh Me: Whither goest Thou? But because I have spoken these things to you, sorrow hath filled your heart. But I tell you the truth: it is expedient to you that I go: for if I go not, the Paraclete will not come to you: but if I go, I will send Him to you. And when He is come, He will convince the world of sin, and of justice and of judgment. Of sin, because they believed not in Me: of justice, because I go to the Father, and you shall see Me no longer: of judgment, because the prince of this world is already judged. I have yet many things to say to you; but you cannot bear them now. But when He, the Spirit of truth, is come, He will teach you all truth. For He shall not speak of Himself: but what things soever He shall hear He shall speak, and the things that are to come, He shall show you. He shall glorify Me: because He shall receive of Mine and shall show it to you.

Shout with joy to God, all the earth, sing ye a psalm to His Name: come and hear, and I will tell you, all ye that fear God, what great things the Lord

meæ, allelúia.

SECRET

Deus, qui nos per hujus sacrificii veneranda commercia, unius summæ divinitatis participes effecisti: præsta, quæsumus: ut, sicut tuam cognoscimus veritatem, sic eam dignis moribus assequamur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE FOR EASTER

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, te quidem, Dómine, omni tempore, sed in hac potissimum die, gloriósius prædicare, cum Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram moriendo destruxit, et vitam resurgendo reparavit. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatióibus, cumque omni milítia cælestis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cānimus sine fine dicentes:

COMMUNION John 16: 8

Cum venerit Paráclitus Spíritus veritatis, ille arguet mundum de peccato, et de justitia, et de iudicio, allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Adesto nobis, Dómine Deus noster, ut per hæc, quæ fideliter sumpsimus, et purgemur a vitis, et a periculis ómnibus eruamur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

hath done for my soul, alleluia.

O God, Who by the holy intercourse of this Sacrifice dost make us partakers of the One Supreme Godhead: grant, we beseech Thee, that as we know Thy truth, so we may follow it by worthy lives. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, at all times to praise Thee, O Lord, but more gloriously especially at this time above others when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

When the Paraclete, the Spirit of truth, is come, He will convince the world of sin, and of justice, and of judgment, alleluia, alleluia.

Be present with us, O Lord, our God, that by means of these things which we have received in faith, we may be cleansed from our sins and also delivered from all dangers. Through the same Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.